



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Valerii Andreae Desselii Erotemata Ivis Canonici

Andreas, Valerius

Francofurti & Lipsiae, 1720

XII. de homicidio voluntario vel casuali.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63277](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63277)

TIT. XII.

De Homicidio voluntario
casuali.

Hominem quoque vitæ hominis ini-
ri nefas esse, ipsa natura dictat,
cognitionem quandam inter
homines constituit.

1. *Quid est homicidium, & quo-
tuplex?*

Homicidium est hominis occisi-
onem homine qualitercumque facta.
est delictum, quo quis directe vel in-
recte hominem interfecit. Estque ali-
Voluntarium, aliud Casuale, aliud No-
cessarium.

2. *Homicidium Voluntarium quid
quotuplex?*

*l.9. §. Cle-
ricor. b.t.* Quod committitur animo & volunta-
te occidendi, concurrente dolo malo, ut
si quis vel aperto Marte, vel per in-
dias, sive beneficio aut pharmaco, ali-
ve modo aliquem e medio tollat; idque
vel per seipsum vel per alium, mandan-
do, consulendo, opem ferendo. Et illi
vel *simplex*, consistens intra limites sim-
plicis homicidii; vel *d. liberatum* &
qualificatum, ut si quis præmeditate ac-

minata voluntate, vel per se, vel per
aductos ad hoc sicarios, aliquem in-
ficiat.

3. Quid Casuale, & cui ex qua caussa
imputandum?

Quod casu, præter intentionem & o-
pinionem occidentis, citraque dolum
committitur. Quod, quando culpam a-
liquam adjunctam habet, merito imputa-
tur suo auctori: ut si quis rei licitæ qui-
dem det operam, sed peccet in circum-
stantiis aut modum excedendo, aut debi-
tum diligentiam non adhibendo, quem- c. 7. b. t. ad-
modum de ludimagistro alibi rescri- de l. 6. D.
cum est. Item si rei simpliciter illicitæ, ad L. Aqu.
alibi saltem illicitæ det operam. c. 8. 10. &
19. b. tit.

4. Quid Necessarium?

Quod fit ad necessariam sui defensio-
nem, ob vim illatam, quam repellere le-
giones permittunt: modo id fiat l. 3. D. De
moderamine inculpatæ tutelæ, hoc
est, non ad vindictam, sed tantum injuriæ
propulsandæ & avertendæ gratia. Ne- c. Signifi-
cessarium quoque est, quod fit auctori- casti 18.
te, vel legis, vel superioris jus gladii b. t.
habentis.

Aa 5

2. Quæ

5. Quæ est pœna homicidii?

Jure Civili ex L. Corn. de siccarione
homicidii voluntarii est in insulam.
L. 3. §. pen. tatio, bonorumque omnium adem-
D. Ad L. sed solet hodie, inquit I. C. capia p
Corn. de ri, nisi honestiore loco positi fuerint,
sicar. l. 16. re Pontificio pœna est excommun-
b. t.

& depositio ab Ordinibus omnibus.
Clericus sit & post depositionem detinatur
in carcerem ad certum tempus. Ita
privatio beneficiorum non quidem
jure, sed per sententiam.

e. 6. in fi- Homicidium casuale circa culpa
ne b. t. Fe- commissum, ut jure civili, ita & Canone
lin. & Dd. co, est extra pœnam. Cum culpa com-
missum jure quidem civili punitur, sed non
Inqui- missum jure quidem civili punitur, sed non
sitionis tius; at Pontificium notat Clericum un-
sup. De gularitate, quod est impedimentum Ca-
accus. c. 9. nonicum ex facto, vel defectu aliquo pro-
13. & aliis. veniens, quo quis prohibetur sacra Ordines suscipere aut ministrare in suscep-
b. tit. c. 7.
¶ 8. cod.

TIT. XIII.

De Torneamentis.

Ad tractatum de Homicidio spectat he-
tit. de Torneamentis, id est, iudicium
stilibus & equestribus, quia tales iudicium
quandoque causam dant homicidio,
unde merito sacri Canones eos docen-
tiantur.